

tandem ad graciam cum quibusdam condicionibus admittebat²¹³). Tunc rex Waltherum scultetum deposuit et N. Stainhaimer²¹⁴) scultetum Columbariensibus prefecit, qui postea eos exactionibus maximis perturbavit. Iste scultetus Stainhaim, quia in Columbaria residere non poterat, filiastro²¹⁵) suo prelacionis officium committebat. Deinde diversa turbacio in Columbaria requiescebat. Mortuo autem rege Rüdolpho²¹⁶) Waltherus quondam scultetus in Columbaria prenomiatus in suprema paupertate constitutus, servos duodecim | vagos et inopes conduxit et eis vestes et cibaria ministravit. Hoc autem ideo fecit, ut dicebatur, quia scultetum tunc temporis presentem occidere preponebat. Scultetus hoc audiens declinavit et Waltherus officium sculteti de consilio domini²¹⁷) decani cognati sui et aliorum amicorum suorum per violenciam usurpavit. Post hec dominum de Hunweyler²¹⁸) militem honestum, divitem, nobilem et bene parentatum et filium eius juvenem sine ulla occasione et causa contra deum et homines eciam contra justiciam interfecit. Insuper res eius diripuit et plus quam trecentas marcas argenti, quas in domo sua reperit, inter suos sicut voluit dividebat. Post hec milites nobiles domicellos de Nortgassen²¹⁹) et Atzich²²⁰) eciam dominum Rustarium²²¹) civitatem exire compulit et eorum res infiscavit. Insuper regi²²²) se opposuit et Columbariam domino Anselmo de Rapoltstain²²³) conferebat²²⁴). Cum autem idem dominus Columbariam paucis

254,43—51

fol. 191v

(fehlt)

²¹³) Eine zweite Belagerung ist nicht bekannt, zumal die Sühne mit Colmar schon am 18. 6. 1285 (RI, Nr. 1914) vollzogen war. Ein weiterer Aufenthalt in Colmar ist jedoch möglich. Vgl. RI, Nr. 1933.

²¹⁴) N. N. Stammheim, wie auch die Urfassung des Chronikon Colmariense (MGH SS 17, 254, 40) überliefert: Stameheim. Das Adelsgeschlecht Stammheim war in Colmar ansässig (urkdl. erst im 14. Jh. nachweisbar).

²¹⁵) N. N.

²¹⁶) 15. 7. 1291.

²¹⁷) N. N.

²¹⁸) Hunaweier (Oberelsaß) bei Rappoltsweiler, urkdl. Humenwilre 1302. Das oberelsässische Adelsgeschlecht Hunweiler ist seit dem 12. Jh. weitverbreitet vertreten.

²¹⁹) Das Adelsgeschlecht Nordgassen seit 1249 urkdl. als in Colmar ansässig belegt. Konrad und Werner von Nordgassen waren 1278 Mitglieder des Colmarer Rates.

²²⁰) Habsburgisches Ministerialengeschlecht von Illzach, ebenfalls in Colmar ansässig. Illzach bei Mühlhausen, urkdl. Ilziche 1283, Ilzech 1302.

²²¹) Angehöriger des in Colmar ansässigen Ministerialengeschlechtes Rust. Cunzmann zu Rust, urkdl. 1283, ist 1308 Mitglied des Colmarer Rates; Cunzo Rust MGH SS 17, S. 207, 24.

²²²) Adolf von Nassau 1292—1298.

²²³) Anselm von Rappoltstein, urkdl. 1277—1311, gest. 1311.

²²⁴) Sept. 1293.